



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 52. Vacatio Sedis Apostolicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Sæcul. XIII. **A. C. 1241.** **Sup. Lib. LXXIX. §. 13.** **M. Par. p. 512.** **Ric. S. Ger. p. 1037. 1038.** **Alb. Stad. an. 1242. Matth. Par. p. 518.** **§. LII.** **Vacatio sanctæ Sedis.** **Interregnum supra annum octo pene mensibus duravit ob Cardinalium disensionem, quæ eos aliorum ludibriis exponebat. Sex aut septem restabant Romæ**

rejecit, quia hic malam existimationem in Gallia tum ob jurgium cum Universitate Parisiensi habitum, tum ob iniquos rumores, de sua cum Regina Blanca amicitia sparsos contraxerat, & præterea, quia dissidium inter Aulas Romanam & Imperatoriam aluisse dicebatur. Utraque electio erat irrita, quod neutra duas tertias suffragiorum haberet, ut per constitutionem Alexandri III. necesse fuit.

Cardinales, cum ita dissentirent, tum quidem discesserant: dein vero post plures disceptationes duobus electis jure suo cedentibus exeunte Octobri in suffragia rursus itum, & Papa declaratus est Cardinalis Godefridus novo nomine Cœlestinus IV. Bonis moribus & doctrina conspicuus erat, at senio confectus, ita, ut sequente Novembri mortem oppeteret in Vaticano, cum Sedem Apostolicam sedecim tantum diebus tenuisset. Suspicio fuit, veneno necatum esse. In S. Petri sepultus est; moxque Cardinales aliqui Roma Anagniam fugerunt.

§. LII.

Vacatio sanctæ Sedis.

Alb. Stad. an. 1242. Matth. Par. p. 518. **Interregnum supra annum octo pene mensibus duravit ob Cardinalium disensionem, quæ eos aliorum ludibriis exponebat. Sex aut septem restabant Romæ**

mæ: quidam e vita cesserant; aliquiæ-^{Sæcul. XIII.}
 grotabant; alii in patria sua abditi co-^{A.C. 1242.}
 gnatos inter & amicos suos hærebant;
 nec animis minus quam corporibus divisi
 erant. Curia Romana in mœrore jace-^{Ric. de}
 bat, & magnum in contemptum venerat.^{S. Ger.}
 Imperator tamen mense Februario an.^{p. 1038.}
 1242. Magistrum Ordinis Teutonici Ma-^{Ughell. to. 7.}
 rinum Filangerium Neapolitanum, no-^{p. 885.}
 vum Archiepiscopum Bariensem, ac Do-^{Petr. Vin.}
 ctorem Rogerium Porcastrellium Romam
 misit de pace acturos. Eodem mense
 Henricus Imperatoris filius natu maxi-
 mus in arcis Martoranensis carcere natu-
 ræ cessit: & Imperator, quantamcunque
 offensam ab eo passus erat, haud omisit
 tamen ad omnes Regni Præfules scribe-
 re, ut exequias ejus celebrarent, suisque
 precibus Deum illi propitium redderent.
 Sequenti Aprili captivos duos Legatos^{Ric. p. 1039.}
 Jacobum Episcopum Prænestinum, & Ot-
 tonem Cardinalem S. Nicolai Tybur ad-
 vehi jussit.

Interim pax non fiebat: & mense
 Majo Cæsareæ copiæ Reatinos, Narnia-
 nos, & Asculinos agros Romani Tyburti-
 nos vastabant. Mense Julio Fridericus^{p. 1040.}
 ipse adversus Romam numerosum duxit
 exercitum; & viciniam depopulatus
 mense Augusto in Regnum suum rediit.
 Tum Cardinalem Ottonem dimittens li-
 berum, Episcopum Prænestinum in Apu-
 liam

Sæcul. XIII. A.C. 1242. liam captivum revehi voluit. Hoc pro-
babiliter tempus erat, quo Cardinalibus
exprobravit, quod per dissensionem suam
Papæ novi electionem tamdiu differrent.

Petr. de Vin *Nullam spiritualium, inquit, solam fluxa-*
1. ep. 14. *rum rerum vobis ante oculos observantium*
rationem ducitis. Quilibet vestrum sum-
nam ardentem dignitatem cupit, & ambi-
tioni suæ obsequitur, meritorum minime
studiosus. Æmulatio usque eo vos abri-
pit, ut alter alteri mortem imprecetur:
tantum abest, ut eum videre Papam velit.
In factiones igitur ne discedite, sed con-
junctis animis Ecclesiæ caput date, orbi-
que Christiano exemplum melius præbete!

Ibid. ep. 27. Cum hæc epistola effectum suum non ha-
beret, vehementiorem scripsit, in qua in-
ter oburgationes & injurias hæc dicit:
Hic omnium sermo est, non esse inter vos
JESUM Christum authorem pacis, sed
Satanam patrem mendacii & discordiæ;
cumque vestrum quilibet summum ad Pon-
tificatum aspiret, nullum consentire, ut al-
lius eum obtineat: ita sedes vacua & con-
tempta manet; nec ad vos dona deserun-
tur amplius, quamvis accipere parati sem-
per sitis. Habentur etiam Gallorum Re-
gis ad Cardinales litteræ, in quibus hos
simili modo reprehendit, exhortans, ne
timeant Imperatoris violentiam, qui Sa-
cerdotium Imperio per nefas jungere
velle videatur.